HUGOLINUS DE URBE VETERE. MARCHETTUS DE PADUA
Norditalien (wohl Urbino), 1489 Seite 41r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



constitute. quarum ex grecis inventas reperimus
in manu greca. et in Latina. sed que sunt ex
Latinis, tantum noscimus ex Latinis. Primam
reperimus speciem diapente in manu greca
alicanoshipaton ad mese. ab eodem mese ad ne-
tediezeumenon, que secundum Latinam rationem
dicuntur a D. primo. ad A secundum ab eodem A.
ad E. secundum. Secundam speciem diapente reperimus
grece ab hipatemeson ad paramese. Latine ab E
primo ad H secundum. Tertiam grece a paripateme-
son ad tutediezeumenon. Latine ab F primo ad C.
secundum. Sed quarta diapente speciem solum Latine
invenimus a G. primo ad D secundum. ut inferi-
us patet. Has species in latina manu ubique repe-
rimus, ubi ipsarum ordo vocum in acumine vel
gravitate cum tonis et semitonio invenitur secun-
dum speciem ordinatis. Dicitur autem diapente
a dia quod est de, et pente quinque, quia de qui-
que sonis seu vocibus tres tonos cum semitonio
continentibus est constituta ut dictum est:

: Sequitur exemplum: